



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Sanctos Mensivm Septembris Et Octobris

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10262

De S. Euphemia virgine & martyre.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77413](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77413)

MARTYRIVM SANCTÆ ET MAXIME
BENEDICTAE MARTYRIS EVPHEMIAE,
autore Simeone Metaphraſte.

16. Septem
bris.
Cap. I.

Festū Mar-
tis apud
Chalcedo-
nem.

Cap. 2.
S. Euphemia
Parentes.

Euphemia
cum alijs
con pæthē
ditur.

Constantia
martyrum.

S. Euphe-
mia. Chri-
stianorum
dux.

Cap. 3.



LOCLETIANO tenente scepta Romani Imperij, Prisco autē Asiae Proconsule, aduersus Christianos grauis spirabat persecutio, & ea uaque & formidabilis. Erat autem Prisco aſſessor quidam Sophista, nomine Apellianus, fungens munere sacerdotij dei, qui apud eos falso nominatur, Martis. Cū ergo huius adulterini dei festum instaret anniuersarium, literæ & edicta per vniuerſam venerunt Chalcedonem. In ea enim peragebantur sacrificia, nam ibi erat templum Martis, & insigne illius simulacrum. Vocabant autem edicta ciues ad festum, & eos, qui habitabant circa Chalcedonem. Minabantur vero mortem & supplicia ijs, ad quos erant ventura, si non persuaderentur, ut adorarent dæmones. Tubæque clare sonantes & terribiliter, erant signum conueniendi ad templum. Quibusunque ergo excranda quidem sacrificia & abominanda eiusmodi religio erat odio, ecclœ autem firma erat sanctitas, & pietas, & fides in Christum, iij vitantes congregationem cum impijs & concilium vanitatis, per quasdam classes se in domib⁹ includentes, aut in solitudinibus, vacabant precibus & orationibus, veroque & soli Deo cultum offerebant rationalem. Quorum vnu quoquè erat chorus, qui in primis benedicta & clara martyre Euphemia decorabatur.

Euphemia, inquam, quæ conuenienter suo nomini vniuersum orbem terræ sua fama erat complexa. Quæ patrem quidem habebat quendam è senatu, & qui aliquot gesserat magistratus: erat autem ei nomen, Philophrōn, matrem vero valde piam & honestam, quæ vocabatur Theodorofia: quæ etiam à Deo donum data fuerat omnibus egenitibus, illorum faciens omnia, quæ sua erant, & cuius erat in eos manus larga & munifica. Ex quibus orta Euphemia, apparuit gerimen radici conueniens, ramus annuens ad pietatem veramque religionem, & longè pinguisimus fructus misericordia. Cū illud ergo dæmonum perageretur sacrificium, non negligendum, sed maximè curandum ducens hunc cœtum piorum Apelianus, cū de eo diligenter inquisisset, & certior esset factus, ea significat Proconsuli. Protinus autem comprehenditur cū multa alia multitudo Christianorum, tum ipse quoquè diuinus chorus, in quo erat præclara hæc virgo Euphemia, quæ & corporis pulchritudine, & virtutis specie, & ætatis flore, & generis claritate, inter eos lucebat veluti stella lucidissima. Ad quadraginta autem & nouem, congregatorum erat ille sacer chorus. Qui cū fuissent compræhensi, producti sunt in conspectum Proconsulis. Ille autem eos prius inducens admonitione, conabatur abducere à pietate, bonis terra volens eos demulcere, qui cupiebant cœlestia, dicebat enim: Sacrificate magno deo Marti, ut eius beneuolentia, & ab Imperatoribus danda felicitate vos dignos efficiatis, & plurima consequamini munera & honores. Cui diuinus illé chorus, tanquam uno animo & uno ore, Nos, dixerunt, o Proconsul, Deum verum colere didicimus, cuius verbo ex ijs, quæ non erant, constitutum est vniuersum, cælum, & terra, & omnia, quæ sunt in eis: neque ullum alium deum scimus, præter hunc, neque adorare (Absit, Rex Christe) sustinebimus. Tua autem dona & honores, alios allificant, eosque, qui sunt pusilli, & parua concupiscunt, deliniant. Hæc enim à nobis paruifunt, & vix ullam eorum ducimus rationem, cū solū amemus honorem, qui est in cælis, quem, vitam immortalem & regnum Dei vocamus. Sic quidem dixit ille glorioſus exercitus, qui habebat ducem benedictam Euphemiam.

Tyrannus autem ne sic quidem desperans fore, ut eis persuaderet, sed sibi bonam de eis spem præbens, (admirabatur enim illos adspiciens, & videns illorum liberale ingenium, & generosos spiritus, neque volebat tam pulchrū & ornatum coctum poena affici) fecit rursus periculum martyrum constantiæ, & pro viribus studuit eos à sua traducere sententia. Cū videam, dicens, in vobis multam elucere intelligentiam, de vestra mutatione nondum spem abicio, sed scio fore, ut mihi credatis consulenti ea, quæ sunt bona & utilia, & non pro honore eligatis ignominiam, & pro delicijs, & gloria

gloria dedecus, & videre tam pulchrā iuuētutem & florem corporis, quā sunt omnibus hominibus iucundissima, grauibus tormentis affici & laniari. Ad hāc rursū libetē sancti; Nos, dixerunt, ô Proconsul, eadem rursū dicimus, quōd maximum existimamus dedecus, si cūm mentem & intelligentiā à Deo acceperimus, deos nominemus ea, quā non sunt solū muta & surda, sed etiā mente & sensu vacua. Quā autem nobis inferes supplicia, tantum abest, ut ea existimemus terribilia, ut contrā magis timemus, nē, si sint levia & moderata, non possint esse satis accuratum testimonium Dei in nos virtutis & potentiae. Sed nē prolixiori vtaris oratione, fac eius rei periculum? & tunc scies apertē, nos facilius laturos esse cruciatus, quā tu sis intenturus.

Ad iram Tyrannum accedit hāc oratio, & statim tormentis subiecti fuēre martyres. Tormenta autem fuerunt non parua, neque paruo tempore durarunt, sed ad nouendecim dies fuēre producta. Sciant autem omnino, quicunque rerum asperatrum & tristium faciunt periculum, quōd plagi corporis rursū accedentes alia, cūm prior dolor nondū emarcuerit, sed sit adhuc in ipso vigore, ijs, qui patiuntur, efficiunt grauem sensum & intolerabilem. Atque tribunal quidem martyres, qui cædebantur, producebat quotidiē, veluti in theatrum. Deindē post plagas eos quoquā excipiebat carceres, alia afflictio accedens afflictionis, & dolorū additamentum. Tantum autem aberat, ut illi ea dolorem existimarent & molestiam, ut etiam gauderent dupliciter, & quōd propter Christum punirentur, & quōd propter rerum molestorum augmentum, bona quoquā quae erant in spe, accessionem acciperent. Cūm iam autem dies adeset vigesimus, à Tyranno rursū viri accessuntur preclari, cūm quibus gloriā quoquā aderat Euphemia, veluti in medio stellarum luna toto orbe plena, pulchre & iucundissime resplendens. Quid ergo eis Tyrannus? Ea, inquit, experti, que nunquam putasti fore vt experiremini, an aliquod salutare & vobis vtile consilium ceperitis, dicate. Satius est enim, vt reliqua hac vana & noua gloriā cupiditate, & mitemtentes soli vestrae vita mālo vestro repugnare, quod omnes faciunt, id vos quoquā faciat, & accedentes sacrificetis. Christi autem fortis exercitus simul cum benedicta Euphemia, Quousquē, dixerunt, ô Iudex, te ipsum decipis, res aggrediens, quā non possunt fieri? Putare enim posse te nos à nostra traducere sententia, perinde est, acsi putes posse te transmouere stellas à sua statione vel motione, aut transferre aliquid ex ijs, quā sunt immobilia. Quamobrē satius est, vt à tuo errore conuertaris, & verum Deum agnoscas, qui fuit tua salutis optimus dispensator.

Maiori ira pērcitus Priscus, iubet crudis loris feriri vultus sanctorum, pro bonis verbis mala facta rependens stolidus. Illi autem hoc quoquā nouum fortiter ferentes tormentum, euaserunt facie splendidiore, sanguine quidem è carne desflente, opificis autem gratia reddente pulchros & elegantes eos vultus, quos effinxerat. Contrā autem, qui flagellabant defessi, ceciderunt in terram semimortui. Sed alij quidem iussu iudicis rursū coniunctur in carcērem, donēc eos transmitteret ad Diocletianum, (sic enim constituerat Apelianus) benedicta autem ante tribunal eius stabat Euphemia: existimabat enim fore, vt sola sic facile induceretur. Cūm itaque curāset, vt ea proximē sisteretur, vt se familiaritate magis insinaret: Crede mihi, aiebat, tibi optimè consulenti, ô Euphemia; & accedens magno deo Marti sacrificia, nam sic quidem & liberaberis ab omnibus molestijs, citra laborem autem lucraberis, quā sunt maximē optanda, nempe vt & disiit ijs, & gloria potiaris, & agas deinceps vitam beatam & felicem. Christi autem martyr, Mulierem quidem videns, ô Iudex, inquit, putas posse facile decipere? Videbis verò me non esse, vt existimas, mulier tuis insidijs expositam. Confido enim in Christum, quōd adiutricem habens invictam eius dexteram, tuas callidas superabo insidias. Postquam ergo sic responso vietus fuit Tyrannus, & qui solo aspectu putabat se posse quod volebat efficere, ab una contemnebatur foemina, pudore quidem fuit affectus? pudor autem mouit iram. Res est enim eiusmodi supercilium, cui accessit potestas. Deindē perinde à ea, quā præcesserant, tormenta parua esset arbitratus, & quā imponere non possent necessitatem, noua excogitauit: & iuber construi rotas inauditis quibusdam machinis, quā carnes premere, & ab ossibus exprimere, & ipsa confringere possent violentissimē, & in eas sapientissimam iniici Euphemiam.

Postquam autem ipsa machinæ dicto citius fuerunt constructæ, & martyr in eas erat iniecta, validis continuo in se paratis armis, nempe diuina Crucis figura, ac ea uincere figura di-

tis, valida signata; aut, ut melius dicam, munita, aduersus rotas processit; nullam quidem vultu offendens tristitia; sed leuero & honesto vultu, Deumq; benedicens; & aperte ostendens se ijs, que pro ipso patiebatur, admodum gaudere. Quinetiam proferens aliquid generosum & valde dignum eius candore. Tuę rotę, dicebat, o Tyranne, & he imbecillę tuę machinationes, maius mihi accidunt Christi desiderium. Hac audientes miniitri, rotas versabant, quām poterant fortissim; grauiorem sensum doloris martyri afferentes. Quamobrem eius quidem membra & partes confringebantur, & disrumpabantur, & diuellebantur omnes compages: mens autem non abscedebat à Christo: sed in cælum tollens oculos, vnde se iperavit habituram auxilium. Domine mi, clamabat, Iesu Christe, anima mea illuminatio, fons vitae, qui das salutem eis, qui in te confidunt, ad sis nunc mihi adiutor, & cognoscatur ab omnibus, quod tu es Deus solus, certa spes eorum, qui in te habent fiduciam; & quod non accident mala, neque appropinquabit flagellum tabernaculo eorum, qui te altissimum suum posuerunt refugium. Sic quidem martyr est precata? Deus autem effectum reddidit, quod precabatur. Cælestis enim continuo adueniens virtus, momento temporis facit hæc omnia. Eam quidem soluit à rota: corpus autem curat à plagiis adeò pulchrè, vt ne minimum quidem vulnerum vestigium in eo appareret. Deinde etiam ministros iniquitatis specie terrens terribili, facit ut non operentur. Et rotis verò egressa gloria certatrix, non solum conspicta fuit integra & sana, sed etiam vuln alacris, (O admirabilem tuam, Christe, virtutem) cum alijs etiam patientibus, sepè insit tristitia in vulnu eorum, qui spectant, & sunt humaniores.

Horrenda supplicium rotatum.

Psalm. 90.

Soluitur diuinitus à rotis S. Euphemia.

Cap. 7.

Ignis terti stris transitorius, infernalis verò perpetuus.

Psalm. 137.

Dau. 3.

Cap. 8.

Vixi torquentium sanctam virginem.

Dan. 3.

Ignis sancta qui iniecerant: Gloriosa autem virgo perinde ac si non ad supplicium, sed ad recreationem tradita esset & delicias, mansit quidem aliquandiu ab igne illa! securissime autem

signata; aut, ut melius dicam, munita, aduersus rotas processit; nullam quidem vultu offendens tristitia; sed leuero & honesto vultu, Deumq; benedicens; & aperte ostendens se ijs, que pro ipso patiebatur, admodum gaudere. Quinetiam proferens aliquid generosum & valde dignum eius candore. Tuę rotę, dicebat, o Tyranne, & he imbecillę tuę machinationes, maius mihi accidunt Christi desiderium. Hac audientes miniitri, rotas versabant, quām poterant fortissim; grauiorem sensum doloris martyri afferentes. Quamobrem eius quidem membra & partes confringebantur, & disrumpabantur, & diuellebantur omnes compages: mens autem non abscedebat à Christo: sed in cælum tollens oculos, vnde se iperavit habituram auxilium. Domine mi, clamabat, Iesu Christe, anima mea illuminatio, fons vitae, qui das salutem eis, qui in te confidunt, ad sis nunc mihi adiutor, & cognoscatur ab omnibus, quod tu es Deus solus, certa spes eorum, qui in te habent fiduciam; & quod non accident mala, neque appropinquabit flagellum tabernaculo eorum, qui te altissimum suum posuerunt refugium. Sic quidem martyr est precata? Deus autem effectum reddidit, quod precabatur. Cælestis enim continuo adueniens virtus, momento temporis facit hæc omnia. Eam quidem soluit à rota: corpus autem curat à plagiis adeò pulchrè, vt ne minimum quidem vulnerum vestigium in eo appareret. Deinde etiam ministros iniquitatis specie terrens terribili, facit ut non operentur. Et rotis verò egressa gloria certatrix, non solum conspicta fuit integra & sana, sed etiam vuln alacris, (O admirabilem tuam, Christe, virtutem) cum alijs etiam patientibus, sepè insit tristitia in vulnu eorum, qui spectant, & sunt humaniores.

Sed Aethiops non dealbatur, & lignum incuruum non dirigitur, & cancer recte ingredi non docetur. Hæc Priscus sceleratus, & cuius nullo modo poterat curari vitium? Nam cum diuinitus factum esset tale signū, ille, vt qui esset suis dijs cæcior, non solum nihil intellexit, sed minatus est etiam se esse viuam exsufurum martyrem. Illa autem nequaquam se reprimens. Ad tempus quidem est, inquit, O Tyranne, ignis, quem mihi nunc minaris? & citò quidem accedit, citò etiam à volente extinguitur, neque ego sum tam pusilli & abieci animi, vt hunc ignem formidem. Non, per sacra certamina eorum, qui se pro Christo strenue & fortiter gesserunt, hoc quidem mihi vllum affert timorem? fed illum ignem extimesco, ille mihi vel solum in mentem veniens ignis est terribilis, qui manet eos, qui Christum negant, vt qui aternam habeat operationem, & ne tantillum quidem desinentem. Itaque Tyrannus quidem ad effectum deducens ea, quæ minatus fuerat, inbet accendi fornacem, quæ valde aleretur pice, sulfure, stuppa & garmentis. Et alta quidem erat flamma quadraginta & quinque cubitos. In ignem autem iniicienda martyr, induit arma trium puerorum, nempe preces? & contra ignem accedit ignem orationis, & oculos in cælum tollens. Deus, inquit, qui in excelsis habitas, & humilia intueris, qui Babylonie tres pueros, proper tuam legem igni traditos, per sanctum Angelum tuum à malis illas conseruasti? & eis rorem desuper immisisti, tu quoque mihi tua ancillæ adiutor, quæ pro tua, o Christe, decerto gloria. Sic dixit: & cum figura Crucis, vrsus, tanquam alijs armis, scipiam armasset, stabat parata, expectans iussum Tyranni.

Cum autem ille iussisset eam in ignem conjici, & eam manus essent lictorum comprehensur, Victor & Sothenes, qui præcerant ijs, qui ad hæc inserviebant, ad Priscum accedentes. Quod ijs quidem, quæ imperas, prompto & alaci animo inserviamus, aiunt, eis multos habeamus testes, non alios, quām tuos oculos producimus. Nunc autem non possumus tangere corpus huius virginis. Videmus enim viros stantes adspicere formidabiles, nos quidem toruē admodum intuentes, & paratos virginem defendere, & eam efficere flamma superiore. Quid enim aliud sibi vult, quod ignem hoc & illuc dispergunt? Postquam autem hæc audiuit Priscus, eos quidem, vt qui iam à cultu deorum defecissent, mittit in carcerem. Cæsarem autem ac Varium (sic enim vocabantur) sufficit in eorum ministerium. Et illi quidem prompto & alaci animi studio egregiam virginē Euphemiam, cedente diuina virtute Angelorum, (neque enim poterant ipsi mutationem suspicere ad pietatem) iniiciunt in fornacem. Sed eos continuo arguebant res inanima, & puniebantur impij. Ignis enim repente effervesceens, & in orbem circunfusus, quomodo prius Babylone, vltus est eos, qui iniecerant: Gloriosa autem virgo perinde ac si non ad supplicium, sed ad recreationem tradita esset & delicias, mansit quidem aliquandiu ab igne illa! securissime autem

autem mouebat labra ad hymnos diuinos, aura molli & roscida eam refrigerante.

Postquam autem & flamma contabuit, & in Cæsarem & Varium diuinitus immisum supplicium alios ministros procùl dispersit, egreditur martyr adeò integra & illæsa, ut ne in tunica quidem ignis ullum seruaret vestigium. Sed ipsam quidem rursùs vinclam tenebat custodia. Dic autem sequenti educit Proconsul Victorem & Sothenem, & iussit eos sacrificare dijs suis. Illi autem Nos, aiebant, O Proconsul, Victor & Sothenes concuruntur.
magno prius errore implicati, quomodo tu quoquè hucusquè, nunc tandem bono Dei nutu resipescentes, digni habiti sumus, qui veritatem agnosceremus per hanc virginem. Scias ergò nos neque dijs inanimis sacrificaturos, (Absit, vt simus adeò emotæ mentis) neque tuis esse cœsiros editis. Postquam hæc dixissent, abducti sunt in stadium, & iussi sunt pugnare cum bestijs. Illi autem imperatum lubenter accipiebat, & exultabant, non solùm quod existimarent esse satius decertare cum feris, quam cum tam malis hominibus, sed etiam quod per dentes ferarum erant illi confracturi maxillas bestiæ, quæ caret carne. Quod quidem cum precati essent, audiérunt de cœlo vocem, que significabat fuisse auditam eorum orationem. Cum ergò immisæ fuissent bestiæ in martyres, & in eos insiliissent, graui flagello incitatæ, nempe fame, & eos solùm momordissent, & bibissent sanguinem, (Oportebat enim ad effectum deduci illorum preces) abstinuerunt à corporibus, & ea nullo modo deuorârunt. Nam neque tunc negligens erat gratia, quæ prius Danieli frenauit ora leonum: & sic breue pro Christo martyrum pertulerunt athletæ. De ipsis autem sacris corporibus curæ fuit ijs, qui ex pijs erant paulò studiosiores, ut ea tollerent, psalmisque & hymnis mandarent sepulturae.

Die autem sequenti pro iudicio tribunali præsidens Tyrannus, glriosam Euphemiam edicit e carcere. Erat quidem lata vultu, animo autem latior. Submissè verò canebat accedens ad iudicem hæc cantica Davidica: In via testimoniorum tuorum delectata sum, tanquam in omnibus diuitijs. In iustificationibus tuis meditabor, non obliuiscar legis tuæ, & quæ deinceps consequuntur. Dicit ergò ei Tyrannus; Quousquè te adeò afflétam despicias, & deos quidem moleftia affcis, & ipsum ad iram prouocas Imperatorem? Fæc aliquid sapienter, & persuadere dijs offerre sacrificium. Illa autem Suades, inquit, nobis ô Iude, ut aliquid sapienter faciamus: & quidnam fecerit quispiam sapiëtius, quam non persuaderi, vt lapides inanimos & surdos, deos existimet? quomodo contraria persuaderi, plenum est stultitia, & nec liberum quidam ab infania. His dictis ira percitus Tyrannus, ad nouum conuertitur supplicium. Lapides autem & ferrum tale tormentum instruxerunt. Illi quidem à tormentorum instrumentis suspensi per angulos, ferrum autem violentia lapidum susque deoque assidue attrahit, sic lacerabant corpus virginis. Cum autem sic cruciaretur virgo, nec muliebre aliquid præ se ferret aut illiberale, sed Deo etiam ageret gratias, proper quem hæc ferebat, defessæ quidem erant lictorum manus, machina trahentes lapides, rursùs verò lapides, qui vi trahabantur, contriti erant, & in minuta fragmenta dissoluti. Martyr autem in his omnino cernebatur illæsa.

Sed ne sic quidem Priscus iram remisit, & supplicia, graue quidem esse arbitrans & ridiculum, si videretur superari à foemina. Sed ignorabat stolidus, quod non eò, quod vīa afferret, superior, sed eò, quod non persuaderet, vietus potius videretur. Iubet ergò in medio stadio effodi magnam cisternam, aqua autem impletæ, & in eam injici, quæcumque animantia carnivoræ alit mare. Deinde iussit ijs, qui aderant, ut martyrem quamprimum adducerent, & in eam injicerent, sic protinus excedendam à bestijs. Postquam ergò cognovit hoc beata, sua sponte adstant, exprobribat Tyranno, quod res aggredieretur adeò inefficaces aduersus Christi seruos, & quod videretur improbus, & haberetur ludibrio. Deinde cum manus in cælum sustulisset, & oculos implæset lachrymis, Lux mea, dixit, Iesu, mea glorio, mea vita, adiutor meæ imbecillitatis, qui in rebus dubijs facilem exitum inuenis, qui belluæ quidem ven-trem, Iona pulchrum fecisti thalamum! leonum autem ora, reuereri Danielem, tu me, Domine, valida & inuicta tua conserua dexteram, ut sim quidem argumentum gloriarum ijs, qui tuam colunt potentiam, vultus autem impiorum, dedecore impleam & ignominia. Cum sic precata esset, & se rotu signasset corpore, in aquam forti & Toto cor-generoso animo insiluit. Bestiæ autem protinus quidem cum magno impetu accesserunt, postquam verò fuerunt prope corpus martyris, cibi omnino sunt oblita, & ce cōsignat, functæ sunt munere satellitum, & martyrem excipientes, eam dorsis suis sustinebāt,

Cap. 12. perinde acsi eius curam gererent, nè quid ei graue eueniret in aquam descendenti.

Priscus autem apud se coniiciens, quæ siebant admirabiliter, erat quidem animi dubius, & admirabatur: cùm adspicere autem ad lucem veritatis, & intelligere quænam esset eorum, quæ sunt virtus, non posset, vndenam hoc esset, rogalat Apelianum. Eccè enim, vt vides, & ignis, & plaga, & rotæ, & bestiæ, ab una foemina vi-

Diuina vir- tæ sunt omnia. Ille autem (Quid enim aliud existimat scelesta anima, & ad diuinam lucem planè cœciuntur?) præstigij & artibus magicis adscribebat vniuersum, & eam sic dicebat efficere, vt esset superior. Cui Proconil, perinde ac mentis profunda penetrans, & altiore inducens interrogationem: Cur autē, inquit, non vlti sunt eam

dij, cùm malos odio habeant? Ille vero cùm non posset veram reddere rationem, imbecillitatem nominabat benignitatem? Cùm sint, inquit, clementes, ei pepererunt. Interim martyr, cùm integra & illæsa emersisset ex aqua, videntibus omnibus, adstitit coram Proconsule. Tyranni autem simul inter se disserebant, non in occulto, sed palam: ita vt qui aderant, audirent, & aliquid lucrificarent ex ijs, quæ dicebantur, suos deos aut dæmones defendentes? & præstigias & artem magicanam attribuebant martyri, & ea dicebant ipsam aquas superasse. Propter hæc cùm Priscus simul cum assistro perplexo esset animo, & nesciret quidnam facerent amplius, tanquam in consilium suum adhibentes se uitiam, ad puniendum rursus se contulerunt. Quid enim possent aliud facere, cùm essent discipuli eius, qui fuit homicida ab initio? Illi ergo rursus excusserunt lapides, & efficerunt acutos ferreosque obeliscos, & ferræ sunt fabricati: deinde iusserunt etiam fodi fossam, quæ acutos hos lapides, & obeliscos, & ferræ latentes infixas esset habitura, pauca terra ei desuper infusa, vt procedens martyr, in eam imprudens incideret, & sic interiret. Existimabant enim stolidi, eam illa solum posse vincere arte magica, quorū iam accepisset prius cognitionem; & id est studabant efficere, vt non esset manifestum periculum. Eos autem latebat, quod tu, Domine, qui corda hominum seorsum finisti, es cum ipsis, & intelligis omnia opera ipsis.

Cap. 13. Certe cùm eam virgerent ministri, vt per eum locum transiret, in quo fossa facta fuit, illa quidem, cùm nihil omnino præuidisset, quæ autē cohabitabat gratia, ipsam subleuaret, percurrit supra constructam fossam, perinde acsi-terram non tangeret, sed alata sublimè ferretur. Deinde quid sit? Res iusta, & per quam cognoscitur Deus iudicia faciens, & factum revera dignum ea, quæ omnia intuetur, prouidentia. Quidam enim ex ijs, qui martyrem traducebant, fortè ignorantes paratas insidias, & volentes, postquam illa sine lapsu transiit, eodem vti transitu? vt id totum, quod à diuino Davide dictum est, esset prædictio eius, quod tunc factum est? nempe illos quidem fodisse foueam, & in eam fossam, quam fecerant, cecidisse: cùm repente fracta esset, quæ in superficie disiecta erat terra, inciderunt in foueam? & cùm in illa acuta incidissent instrumenta, celeriter interierunt. Sancta autem cecinit hymnos, quibus Deo agebat gratias; quis loquetur, dicens, potentias Domini, auditæ faciet omnes laudes tuas, Domine? Quoniam flagellatum ancillam tuam à flagris illæsam conseruasti? Quoniam ab igne rapuisti? Quoniam à bestiis, & aqua, & rotis custodisti? & à fossa conseruasti. Et nunc Domine misericors, libera animam meam è manu eius, qui à priscis temporibus est hostis naturæ. Peccata inuuentis meæ, & ignoran- tias meas nè memineris: sed guttis tui sanguinis, quæ pro me fluxerunt, expurga fordes meæ carnis & spiritus. Tu es enim purgatio, sanctificatio & illuminatio seruorum tuorum. Et illa quidem hæc est precata, & non fuit fraudata sua petitione.

Cap. 14. Priscus autem rursus aliam fossam martyri excogitat, quæ nō afferebat interitum corporis, sed animæ, & circa fidem crebat periculum. Nam cùm eam accersuisset, & itacundiam quidem & superbiam depositisset, denso autem vellere lupum texisset, & maximam simulasset lenitatem: Tu quidem, inquit, falsa es? nec est miru: es enim foemina! Sed nos quoquæ in te præclaram virginem: quod vtinam factum non esset nimis fuimus petulantes. Quorum nobis dans veniam, sacrificia magno deo Marti: & te tanta excipiens diuitiæ, & tantum mare bonorum, vt omnium illorum oblita, honestè deinceps viuas & iucundæ, vt tales decet virginem, tam pulchram, & tam claræ genere. Reuerà autem benedicta Euphemia Tyrannum generosè & viriliter intuens: O vastra, inquit, anima, dolo plena & amaritudine: O mens demoniaca, humana imitata specie, nunquam cessabis nugari, & frustra scelerata iniure consilia, & aduersus Christi seruos laqueos tendere innumerabiles? Ego nunquam sacrificabo dæmoni-

Index san-ctam virginem fraude nitiuit euertere.

Egregiæ ab ea conte- minitur.

monibus & simulacris, maximè cùm me Dominus totiès defendērit, cùm tam multis operibus demonstrārit veritatem, cùm tam apertè & citra ullam controuerſiam, vestram arrogantiam dedecore affecerim, & eorum, quæ colitis, arguerim imbecillitatem, atque aduersūs errorem tam p̄eclarām adepta sim victoriā. Iudicarer ego tibi planè ridicula, vel potius digna lachrymis apud eos, qui recte sentiunt, & timent Dōminum. Ablata ergo scena, & agno, quem arte suscepisti, & simulata mansuetudine, ipsum solitum nobis Priscum ostende: cùm, quæ est ei grata, leuitia & audacia? & illa fac, quæ sunt tibi cordi facere, aut potius, quæ magister & p̄eceptor tuus tibi suggerit diabolus.

Priscus propter hæc ira repletus (Brui enīm deprehensa fuit simulatio, & seles Cap.15.
exiuit crocoton) iubet martyrem virgis verberari grauissimis. Cùm autem virgis cæ-
sa, plagas simul irrideret & Tyrannum, is ad maiorem iram accensus, proponit qui-
dem serras acutas, & ferreas sartagines! iubet autem serris quidem in duas partes fe-
cari corpus martyris, sartaginis vero disiectas carnes valde eliquari, ut usque ad ipsa
os̄a dissoluerentur ip̄i cinerem. Cùm autem serræ adducerentur ad corpus virginale, perindè atquè si adamantinam aliquam tangerent materiam, eis quidem obtun-
debatur acies, & secandi vi priuabantur: ignis autem extinguebatur, & martyr con-
seruabatur illæsa. Sed quid hæc ad animam, quæ est sua sponte surda, & non potest
ullam piam suscipere cogitationem? Etenim cùm hæc fierent, Priscus idem esse per-
gebat, & non cessabat aduersūs Deum bellum gerere. Nam lux quoquè, quæ est ami-
ca omnibus, non est amica, sed inimica ægris oculis. Quamobrem rursus producit Obijicitur
in stadium benedictam Euphemiam, & iubet eam decertare cum bestijs. Illa autem,
vt quæ quòd non citius ad suum sponsum excederet, sed vincula corporis adhuc fer-
ret, ægrè ferens, manus simul, & mentem, & oculos tollens ad Christum+ Domine, Oratio ei.
inquit, omnis principatus, ostendisti in me tuam iniustam potentiam, & dexteram
inxpugnabilem! arguisti dæmonum imbecillitatem, tyrannorum amentiam! me
tortensis & plagiæ effecisti fortiorē! nunc quoquè sicut eorum, qui præcesserunt,
cædem suscepisti & sanguinem, meum quoquè suscipe sacrificium in anima contri-
ta tibi oblatum, & in spiritu humilitatis? & in tabernaculis sanctorum & choris
martyrum meam acceptam animam fac requiescere. Quoniam es bēnedictus in
secula.

Ea sic precante, in ipsam immittuntur quatuor leones, & tres vrsæ. Quæ diuisim Cap.16.
& preces illius exauditas fuisses, & magnum à Deo factum, in ea miraculum ostende-
runt. Nam leones quidem & duæ vrsæ, cautè simul & reuerter ad eam acceden-
tes, plantas eius pedum humanæ deosculabantur: tertia verò ex vrsis, cùm parùm Reddit
quidem momordisset carunculam, vulnus quidem nequaquam fecit, fuit tamen o. c. Christo pu-
casio eius ad Deum decessus sextodecimo Septembri. Vox autem è cælis resonans, an-
admirabilem vocabat Euphemiam ad diuina tabernacula? Accurre, dicens, ad da-
torem coronarum, quæ pulchrum certamen decertasti, & iam cursum perfecisti, ac-
ceptura præmia tuorum certaminum. Voce adhuc resonante, magnus terræmotus
conquassabat ciuitatem, & magis, quam vllas res creatas, corda eorum, qui inhabi-
tabant. Vndè etiam illius parentes opportunitatem nacti & potestatem, non flen-
tes, sed latentes, illud martyricum & preciosum corpus, non aliorum manibus, sed Sepelitur à
suis credentes, in loco quodam non procùl à ciuitate, Chalcedone, honorifice proprijs pa-
rentibus.

simul & p̄iè sepeliérunt, pulchram accipientes mercedem eius educati-

onis, quòd dicerentur patres talis filia, & darent Deo fructum,

benedictione & oblatione quavis sacraziorem? Quoni-

am eum decet omnis honor, gloria & adoratio

nunc & semper, & in secula seculo-

rum, Amen.